



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1710**

22. Dies Maii. Expedit ab imo surgere, quàm ex alto cadere.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45477**

## 22. DIES MAII.

Expedit ab imo surgere , quām ex alto cōdere. *S. Augustin. Epist. 89.*

Quod est flos  
in horto, hoc  
est homo in  
mundo.

I. **P**roponam tibi hodie hominem primō cadentem ex alto , deinde resurgentem imo : manē triticum , vesperi ziniū : manē pudicitia lily , vesperi impudicitia lily : manē speciosum florem , quot foliis totide veluti labiis haurientem cœli rorem , vesperi , aridū fœnuni ; dignum mitti in clibanum . Ille est David vir secundū cor Dei , postea tam excors , ut ejecit è corde Deum . In hoc pūcto proponam illum inè , in altero meridiè , in postremo vesperi , semper dissimilē . Videtur hæc non tam de alio dixisse , quæ de se prædixisse , dum ita cecinit : (a) *Manè sicut herba transeat , manè floreat , vespere decidat.* Ipse induit cum manē evigilasset , mentē ad Deum sustulerat , aurora cœlū prius colorare cœperat , quām ille mens Divinā luce ornavisset , ut illa confirmant . (b) *Deus mens , ad te de luce vigilo.* Imò ardorē conceperat animo , pietatis indicē , pignus sanctimonīa , dīnæ legis tuendæ , ac religiosissimè observādæ . Sic ipsi velut in formosissimo Majo versicolor flosculus est , pens , pudicitiam rosæ , innocentiam lili , modellū violæ , aliaque , aliorum florū decora spectanda est .

(a) *Psal. 89.6.* (b) *Ibidem.*

Majus.  
hibebat  
mo man  
adornat  
II. S  
burneis  
ridi pulc  
findere c  
domus I  
stodiā ,  
fretus ,  
medio da  
partem i  
in adver  
jus fuit c  
einantib  
trahere p  
curiosè ,  
& oculis  
tromissu  
præcor  
det. Q  
axioma  
medio ? i  
bat in D  
inter aq  
verè am  
conspic  
omnen  
III.  
Vespere  
habitat

(a)

hibebat. Talis erat manè: sicut flores pubescunt summo mane, pulcherrimis suis gemmis, & calycibus adornati existunt.

II. Sub meridiem David collocat se in lectulo eburneis fulcris, aureaque spondā insigni, stragulo viridi pulcherimè operto, in quo, somno insitito diffidere diem solebat. Post quietem, abit in solarium domus Regiæ, liberiore jam animo, ablegatā sui custodiā, & exclusis piis cogitationibus, quibus antea fretus, (a) perambulabat in innocentia cordis sui, in medio domus suæ, & illic spaciatur. Dum in omnem partem utramque oculorum aciem circumfert, videt in adversæ domus hypetio lavantè se mulierem, eu-jus fuit eximia oris pulchritudo, quæque facilè lenocinantibus formæ illecebris negligentem sui animū trahere potuisset. Hæret primum in eo spectaculo curiosè, & libens, animumque adjicit, mox titillatur, & oculis bibit amorem. Cupidinis ardor in cor intronissus jam latè spargit incendium, ventilat per præcordia faces. Hinc dum oculus videt, animus ardet. Quid vis Philosophe, & tanquam irrefragabile axioma jaçitas illud: *Non datur actio in distans, sine medio?* illa distabat à Davide, & tamen quid non agebat in Davidem? Sic distans in cor Davidis, medias inter aquas jaculatur flamas. Illa igitur mens, nunc verè amens, quia amans, divinis prius splendoribus conspicua, nunc cæca, nihil videbat honesti, quæ jam omnem spernebat honestatem.

III. Sequitur tempus vespertinum, de quo ipse: *Vespere decidat.* Jam magni illius Herois anima non habitabat domi, sed tota erit cum Bersabeâ, jam sua-

Bb 3

vibba-

(a) Psal. 100.2.

Majus, Ignoran-  
viabarur amiculam, jam blanditiis deliniebat, quā  
hominis cognosc-  
nunquam de Dei præsentia, de scelerum fœditate, de  
labē conscientiæ, de divinis judiciis cogitasset. De-  
scendit de solario, jubet inquiri, quæ sit illa mulier,  
dicunt esse Bersabeam, Uriæ uxorem. Hic novus an-  
mo tumultus, nova pugna, in qua semper vincit libi-  
do, & refert manubias, ac figit trophyæ. Ante noctem  
evocari illam jubet, & indigno flagitio se polluit,  
contaminat. Verè se ipse in sacris odis expressit, ne  
spere decidat, & arescat. Ubi, ô David est illa vigila-  
tia, & pii animi cura, quā in tui custodiam inten-  
ita Deum alloquebaris: (a) *Averte oculos meos ne-  
deant vanitatem?* Oculi tibi fuere laquei, illis capi-  
es. Ut illud heroicum propositum. *Dixi custodia  
vias meas?* Turpiter nimis deviasti à via vitæ. He-  
nos flosculi evanidi, fragiles, ephemeri, qui manédo-  
remus, in meridie languemus, vesperi aremus. Si  
David florebat oriente lucifero, exaruit venientia  
Hespero: manè vas ad gloriam, vesperi vas ad con-  
meliam: manè velut Seraphinus in cœlo, vesperi-  
ut Scarabæus in cœno. Agnosce hīc, ô homo ca-  
cam animi imbecillitatem, innatam voluntati vol-  
bilitatem, & nunquam satis deplorandam fragilita-  
tem. Denique infideat illud animo certum, tanquam  
Sybillæ folium;

*Est hominum status per florem significatus:*

*Ut vere perit, sic homo pulvis erit.*

### 23. DIES MAII.

Ruina quæ fit in occulto, præcedit ruinam  
quæ fit in manifesto. S. August. de civ.

*l. 14. c. 13.*

(a) *Psal. 118.* (b) *Pf. 118.*

I. F.

(a)